

Recensiones librorum

Tomas RIHA, *Svaty Norbert a jeho dilo.* 301 pp. Ed. Velehrad, Via Concordia, 1, I-00183 Roma.

Liber iste constituit nr. 8 collectionis «Sul zeme» editae Romae Krestanska Akademie. Lingua bohemica confectus, liber iste non praebet inquisitiones et conclusiones scientificas stricte dictas, sed tradit conspectum sobrie sed optime confectum eorum quae de vita S. Norberti et de historia Ordinis ab ipso fundato constant. Novem capita habet. In primo capite agitur de S. Augustino : de eius vita et de iis quae fecit pro clericis vita communi viventibus; pro quibus extat «regula» valde sparsa quae summum influxum habuit et habet pro vita religiosorum utriusque sexus; Praemonstratenses de coetero hanc regulam semper professi et sectati sunt. In capite secundo exponuntur fata maiora vitae S. Norberti et de iis quae egit pro fundatione Ordinis in Prémontré. In capite tertio et quarto ulterius exponuntur ea quae evenerunt in vita S. Norberti et Ordinis post Ordinem fundatum. Caput quintum exponit ea quae egit successor Norberti in directione Ordinis, B. Hugo Fossensis. Cap. VI et VII protendit fata Ordinis usque ad ultimum Capitulum generale Ordinis, Wiltinae celebratum. Caput VIII pressius considerat Ordinem prout in regione Bohemica diffusus erat; brevis datur conspectus fundationis et historiae monasteriorum Praemonstratensium huius regionis. Tandem, in capite XI, sermo fit de personis praeclarioribus Ordinis nostri in Bohemia, potissimum sub respectu signorum sanctitatis; B. Hroznatae locus singularis (pp. 247-281) tribuitur in hac descriptione.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

N. CALMELS, *Journal d'un Chapitre. Concile et vies consacrées.* Ed. Robert Morel, Le Jas, 04 Forcalquier (France).

Norbert Calmels, Abbé général des Prémontrés, est maintenant bien connu en France comme écrivain spirituel (dans tous les sens du mot). Son «Journal d'un Chapitre» intéressera des profanes sur le Chapitre général des Prémontrés. Il fait connaître le travail intérieur d'un Ordre qui veut se mettre à jour.

Ce livre abonde en formules bien frappées. L'amour y fait écho à l'humour. C'est un livre bien médité et à conseiller aux religieux et aux religieuses qui préparent leur Chapitre.

Celui qui sait lire peut trouver même entre les lignes, des renseigne-